



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

De S. Parisio Bononiensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

VITA B. PARISII BONONIENSIS, EX LIBRIS  
IACOBI DE VORAGINE SVMMATIM EXCERPTA A  
doctiss. viro Carolo Sionio, iussu amplissimi Cardinalis Gabrielis Paleotti,  
Episcopi Bononiensis, qui eam misit ad me.

701

EATVS Parisius Bononiæ in Italia natus est circa annum Junij <sup>11.</sup> salutis millesimum cœtesimum quinquagesimum. Is cùm <sup>Parisii pa-</sup> iam inde à primis annis magna singularis & insolita cuius <sup>tria.</sup> dam in illa ætate probitatis ac sanctitatis argumenta dedid-  
set, postquam sese corroborauit, eodē illo religionis studio  
sic exarxit, ut seculo relieto, Camaldulensibus ascribi se coe-  
nobitis voluerit. Ibi verò cùm per annos aliquot ita vixiſ. <sup>Fit mona- chus Camal- dulen.</sup>  
set, ut nō dubiā omnibus summæ temperantia, eximia ca-  
ritatis, omnisq; demum monastica moderationis opinio-  
nē attulisset, viſus est cœnobij pfectus idoneus, qui facer-  
doris officio, quem Capellanum appellant, monachas S. <sup>Præficitur</sup>  
Christinæ Taruſij gubernaret. Quam curam libenter ille obedientiae Christianæ cau- <sup>monacha-</sup>  
ſa suscepit, ac munus illud plurimos annos maxima cum ſuī laude adminiftrauit, vita bus.  
affidue in ieiunijs, vigilijs, diuinis precatiōibus, corporis afflictionibus, & manuum o-  
peribus sine vila omnino hominum obtrētatione, aut virginum ipsarū querela tra-  
ducta.

Quin etiam in eo officio iam effec̄tis corporis viribus, ut qui annos circiter centum <sup>Valde gran-</sup>  
sexdecim ageret, expirauit, cùm annus salutis ageretur millesimus ducētesimus ſex- <sup>deus de-</sup>  
gesimus primus, tertio Idus Iunias. Ceterū cùm & viuens & mortuus, aliquot cedit.  
miraculis editis, hominum in ſe oculos conuertifset, Albertus Episcopus Taruſinus,  
homo grauiſſimus, faciendum ſibi eſſe putauit, ut vitam eius, certis adhibitis de more  
Ecclesiæ testibus, exploraret: atque constanti corum testimonio cognitum eſt, ſupe-  
riorem omnem longissimam illius vitæ conſuetudinem morti sanctissimè obitæ, &  
multis signis illustrata, facilimè respondisse.

VITA SANCTI HONOFRII EREMITÆ ET  
ALIORVM PATRVM, QVOS EGO PAPHNVTIVS ANA.

choreta, Dei prouidentia, ut cognoscerem, dignus fui habitus, & quorum  
audeo pjs ac religiosis fratribus narrare historiam. Ha-  
betur in Simeone Metaphraſte.

VODA M die ſtudium adhibui, ut in interiore venire <sup>it. Junij.</sup> <sup>Cap. 1.</sup>  
ſoliditudinem, & viderem an eſſet vllus alius frater mona-  
chus, qui interius meo ſeruiret Domino. Cumq; surrexiſ-  
ſem, profeſtus ſum iter quatuor dierum in interiore ſo-  
liditudinem, licet nec panem interim comedissem, neq; vi-  
num aut aquam bibiſsem. Quarto autem die, cùm peruen-  
tiſſiem ad antrum venerabile, manſi hora vna pulsans o-  
ſtium, ſperans fore, ut pro more egredereſtur aliquis ex fra-  
tribus, & me ipſe ſalutaret. Cùm verò pulsarem, & nemo  
repondiſſet, aperui oſtium, & ingressus ſum clamans, Be-  
nedic. Cumq; vidifsem quendam ſedentem, tetigi eius hu- <sup>Res admi-</sup>  
merum: fuitque tanquam lanugo. Cumque reliquum corporis contreditassem, inue- <sup>ratione di-</sup>  
ni eum iam longo tempore mortuum. Vidi verò pendens quoque colobium. Cumq; gna in ex-  
ego id tetigissem, euāti non ſecūs ac puluis in manu mea, adeò ut ego statim me ve- <sup>tinto cor-</sup>  
pte propria exuerim, & mortui corpus contexerim, promptoq; & alaci animo pro- <sup>pore.</sup>  
prijs manibus effossa terra arenosa, eius depoſuerim reliquias cum precibus & multis  
lachrymis.

Ilincautem egressus, profeſtus ſum ad interiores partes ſoliditudinis. Inuenio au- <sup>Cap. 2.</sup>  
tem in altera spelunca veluti veltigia hominis. Cumque cognouiſſem aliquem in ea  
habitare, fui parū animo commotus. Cùm autem pulsarem, & nullam vocem au-  
diſſem, ingressus ſum in candem speluncā. Cumq; nullum inueniſſem, ſum egressus,  
reputans

Nnn 3